BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. Im. Ossolińskich
XVI L 3479
MF

1050.

VIII. H. 39¹.

Epistola
Sigismundi III. ad Pont. Max.
Leonem X.

1514.

EPISTOLA

Sereniſ. ac Inuictiſ. D. Sigiſmundi
Regis Polonie magni Ducis Li-
tuanie Ruſſie Pruſſieqʒ Dñi ⁊
heredis: Ad Sãctiſ. D. Leonẽ
X. Pont. Max. de victoria
contra hereticos ac ſciſ-
maticos Moſcouios
apud aras Ale-
xandri magni
parta.

GWALBERT PAWLIKOWSKI
XVI. Qu. 3479
BIBL. ZN.O

BEatiſſime pater & Dn̄e Dn̄e Clementiſſime. Poſt pedum oſcula beatorum. Cum nō ignorem .v. Sanctitatem tum ex paſtorali ſuo debito: tū etiā ex genuina pietate in religionis ſacroſancte incrementū magna cum uoluptate audire ſolere: qn̄ aliquis Catholicorum Regum aduerſus infideles: aut ſciſmaticos inconſutilem Saluatoris noſtri tunicam ſcindentes ac dilacerantes Dei uirtute adiutus aliq̄d feliciter gerat. Hinc cōuenit ut ego qui Turcum infeſtum comuneq; Criſtiani nominis hoſtē uicinū habeam: Tarcaros etiā aliaſq; trāſtanaitanas Scithicas gentes numeroſas feroces ac infideles humeris meis a nullo Chriſtianorū Principū adiutus ſolus ſuſtineam. Et preter hos omnes magnū Moſchouie ducē cū quo nūc atrocia bella gero ſarmatie Aſiatice tirānū. Opibus armis equis uiriſq; potentē ac multis cōtra alios uicinos ſuos uictoriis tumentem: blaſphemum tamen ac ſciſmaticū Sancte Ro. Ec. infeſtiſſimū: hoſtē inſolentiſſimū habeam huius belli motus & preſtitam mihi a deo uictoriā cōtra ipſum pfidū Moſchouitā Sanctitati ueſtre pſcribā. Anno eteni exacto fractis: inter nos antea pactis: iuramentoq; firmatis federibus: īmemor pſtite fidei & ſpreta iuramenti religione que modica aut nulla in blaſphemo & ſciſmatico eſſe poteſt dominia mea in magno lituanie ducatu conſiſtentia

exercitu multorũ milliũ equitũ bellatorũ compara
to: magna ui machinarũ bellicarũ: tormentorumq;
eneorũ ſubſequente hoſtiliter inuaſit: dumq; arces
aliquas graui obſidione premeret: nec propter uali
da preſidia mea que illic erant proficeret multis ſi
cut anno preterito Sanctitati ueſtre ſignificaueram ex
ſuis in oppugnatiõibus munitorũ locorũ & tumul
tuariis preliis amiſſis: domũ re male geſta nõ abſq;
grauiſſimo dolore regreſſus erat: qui tñ iã alias ſibi
perſuaſiſſet armis opibus: & potentie ſue cũcta eſſe
peruia: nec aliquid conatibus ſuis (in quo tñ de-
ceptus erat) obſtare potuiſſe. Eſtate demũ ꝓxime
exacta tãq̃ ignominiã ſuſceptã damnaq; prioris ex/
peditionis & bellũ non ſatis proſpere anno preteri
to ceptum & geſtũ uindicaturus: iterũ ualidiſſimũ
exercitũ comparauit in quo plures grauis armatu/
re equites inerãt: nixuſq; eſt me certis caſtris exuere
& precipue caſtro Smolenſko nũcupato. Ut ſubin
de tãto facilius totũ magnũ ducatũ Lituanie aliaq;
mea dominia bello atrociori urgere & totã rubeo/
rũ Ruſſiã ſui ſciſmatici ritus que dicionis mee eſt
mihi eripere poſſet: potitus tandem ex adminiculo
fraudis arce ipſa Smolenſko eſt de ſuis plurimis
amiſſis. Subinde uero inſolẽtior factus exercitũ au
xit: ita ut excederet octuagĩta millia hominũ eque
ſtriũ: auſuſq; eſt ſibi polliceri ꝙ iã facile reliqua do/

minia mea opprimere poſſet. Progredi itaq; aduer/ſus me ſuum exercitũ uſq; ad fluuiũ Bereſinam mã dauit. At ego qui in domino deo recte ſperauerim eundem fluuium exercitũ meũ equitatu & pedita/tu tormentiſq; bellicis bene inſtructũ magna celeri/tate traiicere imperaui: hoſtiſq; exercitũ pedẽ refer/re: ita ut retrocedere coactus eſt compuli. Et dũ ex/ercitus hoſtilis per meũ arceret : Vigeſimaſeptima Auguſti particulari ꝓlio a meis militibus pulcherĩ ma clades eidem hoſti inflicta eſt. Alia iterum ka/lendis Septembris & ex utroq; prelio plures ac inſi gnes captiui mihi adducti ſũt & multi ex hoſtibus ceſi. Miles autem meus eiuſmodi uictoriis quaſi auſpicatis ꝓludiis accenſus ultro in pugnã ruebat. Equidem uero in preſentiſſima clemẽtia dei & in iu ſtitia cauſe mee cõfidẽs maximam iã de orta uicto ria ſecuritatem mihi pollicebar: feci magno animo meũ exercitum procedere & ſtationibus hoſtis ap/propinquare dumq; hoſtis ſentiret meum exercitũ ſibi imminere Boriſtenem tũc ſolito magis exube/rantem nãdo traiecit. Meus uero exercitus inſegni ter animis ad pugnã preparatis hoſtem retrocedẽ/tẽ ſequutus eſt: & ſimiliter Boriſtenẽ dũ in re tam ſubita & pontis faciẽdi poteſtas & nauigia ad trãſ/portandũ militẽ deeſſent ad eam ripe partẽ in qua iam hoſtis ordinatis aciebus tormentiſq; diſpoſi/

tis conflictũ preſtolabatur natãdo intrepide tranſ/
miſit. Et tandem deo auſpice qui in ſe ſperantes nõ
deſerit: & cõfundit manus filiorum alienorum die
Natali Beatiſſime uirginis que erat octaua Septem/
bris cum hoſtibus eiſdem feliciter pugnauit totũq;
eundem ualidiſſimum hoſtis exercitum qui ut pre/
miſſũ eſt ex octuaginta milibus hominũ fuit cõpa/
ratus una acie fudit fugauitq; & tã q̃ uiliſſima peco/
ra totis cãpis cũ feda ſtrage & multa cede ultra qua
draginta millia paſſuum ante ſe egit: itaq; ſupra tri/
ginta milia hoſtium & ceſa & ſumerſa ſunt. Caſtra
hoſtilia plena opulenta preda direpta: & decem pre
cipui duces & ſatrape & triginta ſeptem Barones
Conſiliarii primores: officiales autem & armigeri
nobiles ſupra duo milia capti cum ſignis ſui exer/
tus mihi adducti ſũt. De meis uero deo auſpice pau
ci deſiderantur. Quamobrem hanc tam inſignẽ &
longo tempore memorandã ſed nec minus miran/
dã (quoniam dextera excelſi facta eſt) uictoriam
ueſtre Sanctitati pro mea in ipſam ſumma & exi/
mia deuotione cognitam eſſe uolui: ut San. V. ex
eadem iocundum atq; alacrem animum cõcipiat:
mihiq; ſuo deuotiſſimo filio gratuletur. Quando
quidem pro Sacroſancta religiõe: proq; ſede Apo/
ſtolica: & San. v. decore ad ea que factu ſunt poſſi/
bilia ſemper ſum paratus. Collocaui nãq; magnã

ſpem & confidentiam in V. Sañ. erga me regnũq; meum clementia. Quoniam uero hoſtis ipſe adeo ſuperbus & obſtinatus exiſtat neceſſe eſt ut tanto ſtudioſius ipſum ſine intermiſſione perſequar: & bello urgeam ne tam cito uires recuperet ac reparet: quã doquidem non priuatam meam & regni mei rem nunc ago: ſed tocius Chriſtiane reipublice: ne tam ualidus hoſtis Saſcroſan. Rõ. Eccle. inimicus: quandoq; aduerſus ſanctam Eccleſiam pro ritu ſuo falſo blaſphemo & ſciſmatico inualeſcat. Et ut hec mea geſta que mihi ex miſericordia dei feliciter euenerunt audacter V. San. ſcribo: ſic etiam ſemper audire cupio: ut Sacroſan. Ro. Ec. uniuerſalis ſtatus omni felicitate prefulgeat: atq; ut V. San. incolumem & longeuam felicẽq; uitam cum Reuerẽdiſſimis Patribus Sancte Ro. Ec. Cardinalibus ducat. Oratorem autem meum & res meas una mecũ V. San. comẽdo: qui quidẽ orator meus V. San. tã ea que geſta ſunt: quoniã & gens & loca in quibus geſta ſunt hec ſibi cognita exiſtunt: quam alia e mẽte mea planius exponet. Datũ in Caſtris circa Boriſouo decima octaua Septembris. Anno domini Milleſimo quingenteſimo quartodecimo.

GWALBERT PAWLIKOWSKI

OPRAWĘ WYKONANO
w prac. introl.-konserwat.
Biblioteki „Ossolineum"
Data 26. 6. 68 podpis [signature]